999   914

Topienscy Banniti

Super Citationem literalem Castrensem Capitan. Branscen. teroris talis Franciscus Joannes in Ktoczow Leszczynski Branscen. etc. Capitan. Vobis Nobilibus Alberto Simoni filiis olim Valentini Topienski ex omnibus bonis vestris rigore Regio et nostra Capitaneali autoritate mandamus ut in Terminis Judicialibus simul et Querelarum ac Causarum officii Castrensis Capitan. Branscen. in Curia Regia Branscensi Feria secunda post datam praesentis citacionis proximius celebrandis personaliter et peremptorie compareatis ad instantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Stanislai olim Joannis Jablonski Actoris qui vos citat ad Bandiendum et de Regno Poloniae Dominiisq. eidem annexis proscribendum ex eo Quia vos Rumationem seu fortem de brachio Regali Incromissionem per Vicesgerentem officii nostri Ministerialem et Nobiles in Causa Ratione per ipsos eiusdem Actoris de totalibus et integris bonis immobilibus in hereditate Topienie Iese sitis eidem per Nobilem Simonem fratrem suum germanum modo obligatorio in Summa novem Sexagenarum Pollonicalium Actis Terrestribus Surasensibus inscripta et recognita vi et violente expulsionis usu et possesione pacifica privationis instituta affectatam non admisistis imo temere impugnastis per quod poenam Bannitionis merito succubuistis ad quam super vobis et bonis vestris omnibus decernendam et per Ministerialem a Judice deputati publicandam Citamini Judicialiter sitis responsuri. Datum in Curia Regia Branscen. Feria Secunda post Festum Sancti Mathaei Apostoli et Evangelistae Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Cuius quidem Citacionis praeinserte Copiam sigillatam Ministerialis Regni Gnalis Nobilis Simon Topinski recognovit se ab una integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis Citatorum propriis posuisse et publicasse. Memoratus Actor suprascriptos Citatos ad Judicium praesens Castren. Capitan. Branscen. per Ministerialem Regni Gnalem Nobilem Benedictum Prossenski clamatos et non comparentes in poena Banitionis ex Regestri Ordine ac admissione Judicii praesentis Judicialiter condemnavit. In cuius autem condemnationis eiusmodi Judicium praesens Castren. Capitan. Branscen. visa et considerata citatorum clamatorum et non comparentium Contumatia et temeritate Juri Communi

et pares

Actoreę affectationi contentisq Citationi inherendo. super ipsis Citatis et bonis eorum omnibus penam Bannitionis decernit ipsosq tanquam exnunc Banitos et de Regno Poloniæ Dominiisq eidem annexis proscriptos esse pronunciat et ad publicandam eandem penam Banitionis Ministerialem suprascriptum Nobilem Benedictum Prossenski addit et deputat.

GRODZKI BANNITUS

Super Citacionem literalem Castren̄ Capitan̄ Branscen̄ tenoris talis Franciscus Joannes in Ktoczow Jesnowolski Branscen̄ etc Capitaneus Tibi Nobili Bartholomeo olim Andreę Grodzki ex omnibus bonis tuis Vigore Regio et nostra Capitaneali autoritate mandamus ut in Terminis Iudicialibus simul et Querelarum ac Causarum officii Castren Capitan̄ Branscen̄ in Curia Regia Bransensi feria secunda post datam præsentis Citationis proximius celebrandis personaliter et peremptorie compareas ad instantiam Instigatoris Iudicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Catherinę Garbowska Consortis Nobilis Stanislai Grodski Quę te cum eiusdem Mariti sui assistentia et autoritate Citat ad Baniendum et de Regno Poloniæ Dominiisq eidem annexis proscribēdū ex eo Quia tu Rumationem seu fortem de brachio Regali Intromissionem per Vicesgerentem officii nostri Ministerialem et Nobiles duos offecisse affectatam Vigore Actoris perluerorum in Iudicio Terrę officio, præsenti Ratione Vulnerum Coram officio Castrensi Zambrouensi monstratorum et inscriptorum Centum Marc Pollon̄ taxat illationis vulnerum Iuridice perductorum et obtentorum non admisisti imo temere impugnasti per quod in penam Banitionis incidisti ad quā super te decernendam et per Ministerialem publicandam Citaris Iudicialiter sis responsurus. Datum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda post Dominicam Iubilate prox Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuiusquidem Citationis prǣinsertę Copiam sigillatam Ministerialis Regni Gn̄al Nobilis Benedictus Prossenski tum et illarū super quas pena Quatuordecem Marc sunt obtenta quaslibet illarum ab una integra ante Terminum præsentem Septimana in bonis Citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Memorata Actrix supra scriptum Citatum ad Iudicium præsens Castrense Capitaneale Branscense